



Q. D. B. P.

DISSERTATIO ANATOMICO - CHIRURGICA
AGENS
DE

H E R N I A

C O N G E N I T A

I N Q U A

I N T E S T I N U M

I N C O N T A C T U T E S T I S E S T

Q U A M

S U B P R Æ S I D I O

D N. J O H A N N I S F R I D E R I C I
L O B S T E I N

A N A T O M. E T C H I R U R G. P R O F. P. O.

D. XX. APRILIS A. MDCCLXXI.

S O L E N N I T E R D E F E N D E T

J O H A N N E S N O N N E N M A N N

A R G E N T I N E N S I S.

A A. L L. M.

H. L. Q. C.

A R G E N T O R A T I

Ex Officina JOH. HENRICI HEITZII, Universitatis Typographi.



LIBERALITATIS
OTTONIANÆ

DOMINIS
DISPENSATORIBUS
MUNIFICENTISSIMIS
VIRIS

*MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMO
MAXIME REVERENDO, CONSULTISSIMO
EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMO*

DE RE TAM PUBLICA
QUAM LITERARIA
OPTIME MERITIS

UT GRATISSIMI SUI ANIMI TESTIMONIUM
EXTARET

HOC SPECIMEN

SACRUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.



S. I.



Est in abdomine locus, per quem vasa seminalia in scrotum descendunt, Anatomicorum examine dignus, quum insignem foetum inter & adultum differentiam ponat. Foetus quippe e gremio matris exclusus, ibi aperturam in peritonæo siffit, quæ per abdominis annulum ducit in imum usque scroti. Hiât igitur illa quendam in ductum, in cuius fundo testis est cum epididymide. Hæc sane non conspicis in adulto, dum peritonæum in hoc ætatis stadio undique firmum parietem format. Ductum illum in abdominis cavum hiantem, quod sane mireris, jam annotavit GALENUS ^{a)}, quem longa ignoravit poste-

^{a)} *Adm. Anat.* Lib. VI. Cap. 13. digna verba refert, quæ huc trahantur. "Meatus ad testem perti- nens exigua magni in abdomine peritonæi foboles est; quæ autem ambit arterias venasque ad testicu- los procurrentes, non sane ab al- tero magno in lumbis procedit pe- ritonæo, vasa quidem testes alen- tia, ut dictum, complectens; cæ- terum cum ipsis per meatum com-

means. Proinde duplex ibidem peritonæi propago efficitur; altera ad meatus generationem, ac si nullum vas esset, deductura; al- tera vero, ut sit indumentum va- forum, quæ testem nutriunt." In posterioribus dum nostram descri- ptionem sumus tradituri, qualis hæc Galenica pretii sit, clarius ap- parebit.

A

ritas *b*). Nostro demum seculo NUCKIUS *c*) atque BIDLOUS *d*) eundem, sed obscurius tradiderunt, imo tabulis consignarunt, quod sane locum illum curiosius rimandi rationem subministrare debuisset *e*).

§. II.

Res de qua præcepimus, ut clariori luci proponeretur, expectavit HALLERUM, cujus & nunc nomen illustre in doctrina herniarum nec filebit ætas ventura. Primus fuit, qui exactius testis situm, descensum ejus in scrotum descripsit; nec latuit eum vera herniæ congeni-

b) FALLOPIUS quidem & de illo loqui videtur in *Observ. Anatom.* Opus VESALII ed. BOERHAAVIO & ALBINO p. 738. & VESALIUS in *Examine Observat. Anat. FALLOPII* pag. 807. RIOLANUS longe obscurius quam priores L. II. Cap. X.

c) In *Adenographia* p. 134. (l. m.) diverticulum appellat, & describit ex cane fœmina & dein ex mulieris cadavere, & delineat T. XXXIX. & XL vid & REG. DE GRAAF de *Org. Viror.* p. 29. in canibus BLANCARD. *Anat. reform.* pag. 495. In iisdem animalibus, per quæ vasa spermatica transire debent MERYUS *Mem. de l'Acad. des Sc.* 1701. pag. 369. ed. 8vo. qui in pluribus animalium speciebus reperit, in homine nullam mentionem fecit.

d) BIDLOUS & COWPER delineant T. XXXII. fig. 3. & 4. l. c. Peritonæi processum diverticulum dictum; & in SCHRADERI *Observ. Anat. med.* Dec. 2. Obs. V. Fig. VII.

idem depictum extat; quid autem de hisce tenendum, docuit MONROUS in *Medical Essays of Edinburgh* T. V. Vol. I. p. m. 211. Nom. 18. "It is reasonable to think Swammerdam's preparation, (juxta quam figuras BIDLOI atque SCHRADERI depictas ex hoc loco discimus,) was no other than such a morbid sac". Quæ conveniunt cum iis, quæ not. *e*) proponunt alii.

e) Quid sibi velint appendices illæ, ductus cœci, præternaturales conformationes & ad hernias dispositiones reputat esse MAU-CHARTUS in *Diss. de Hernia incarcerata* sub CAMERARII Præsidio habita, quæ extat in Collect. HALLERI T. III. p. 81. Simul & DUVERNEY & RENEAUME in *Thesi Parisiensi* defensa 1721. *An alvi laxitas in herniosis ileum præcævet?* ejusdem sententiæ est Nec illos ductus cœcos apud alios fidem invenire docuit Cl. LACHAUSSE in *Diss.* hic habita de *Hernia ventrali* §. 5. not. *m*).

tæ origo a). Accendit inde chirurgicis Viris lucem, HUNTERO præfertim, uti ipse fatetur, ductus veritatis amore b), qui incitatus a SHARPIO fuit, ut inquireret summa qua pollet in secando & observando dexteritate, cur intestina in scrotum prolapsa sæpius cum teste uno in sacco reperirentur, & testem nudum tangerent. Hoc juxta generalem herniæ scrotalis theoriam sane singulare SHARPIO visum fuit c), quodque subtilia jam ante Chirurgorum ingenia torfit d). Tentamina in herniosis ca-

A 2

a) Vid. hujus rei primordia in *Commerc. Lit. Nor.* an. 1735 hebd. 14. p. 107. & an. 1737 hebd. 1. p. 3. plenius rem diductam vide in *Opusc. Pathol. & Oper. min.* T. III. p. 311. & c. ubi varia ex variis programmatis collecta reperies. WEITBRECHTUS Observationibus HALLERI suum & calculum addit. vid. *Comm. Lit. Nor.* an. 1737. l. c. locum modo testis in abdomine simul descripserunt ROEDERERUS in Progr. Dissert. Cl. GUNDE de *Secretione*, quod Programma de *Genitalibus virorum* agit §. VI. QUELMALTZ in Progr. de *Serotino testis descensu* Lips. 1746. & WRISBERG in Diss. *Descriptionis Anat. fetus* Gœtt. 1764. pag. 50. aliique.

b) Rem egregie describit in *Libr. Medical Commentaries* Lond. 1762. cap. 9. pag. 72. & figuris illustrat, verba ejus huc pertinentia hæc sunt, "in the latter end of the year 1755, when I first had the pleasure of reading Baron Haller's observations of the hernia congenita it struck my imagination, that the state of the testis in the fetus, and its descent from the abdomen into the scrotum

would explain several things concerning ruptures and the hydrocele, and particularly that observation which Mr. Sharp had communicated to me that in ruptures the intestine is sometimes in contact with the testis &c." Transit HUNTERI scriptum in librum Cl. ARNAUD *Memoires de Chirurgie à Lond.* 1768. qui HUNTERUM inventorem hinc inde prædicat.

c) Vid. HUNTERI *Commentaries* l. c.

d) Vid. SHARP *critical Enquiry* Lond. 1750. pag. 3. "It is evident to me, that not with-standing the Peritonæum may at first fall down with the viscera, yet in length of time it may also be ruptur'd; because I have found the intestine and omentum within the Tunica Vaginalis of the testicle, and in contact with the testicle itself, which they could not possibly have been, if they were envelop'd in a portion of the Peritonæum: however, this circumstance occurs but rarely; for we usually find &c. Ante SHARPIUM MERYUS duos allegat casus in *Memoires de P. Acad.*

daveribus de industria, & rei novitas & SHARPII veri Observatoris nomen HUNTERUM instituere fecerunt, sibi- que indefessum laborum socium Fratrem conjunxit. Ho- rum igitur Virorum in foetu facta conamina adeo felici fuerunt coronata eventu, ut faciliori longe & certiori manu suum nunc opus Chirurghi aggredi possent. Descri- pta enim occurrunt in delicato foetu peritonæi apertura, & canalis ad testem ducens, quæ in illo ætatis stadio in- testini portionem interdum excipere solent, herniamque nostram producere, qua intestinum in contactu testis est. Transiit tunc & hujus herniæ congenitæ descriptio, quæ in- ter Anglos cives discordiarum materiem præbuit *e*), in POTTII *f*) libros; nec & illa herniæ species in sede Bata- vorum CAMPERUM fugit, qui canalem dein herniosum illustravit figuris nitidis *g*). Nec eam reliquit intactam CAMPERI Discipulus Cl. BONNIUS *h*), qui simul memoriæ prodidit, se peritonæi aperturam in abdominis cavo ejusque progressum nitide demonstratum vidisse a dexter- rimo Leideniùm Anatomico B. F. ALBINO. Demonstrat

Royale des Sciences a 1701. p. 360. feqq. edit. in 8. ubi & intestina & epiploon cum testiculo in eodem sacco inclusa deprehendit; vid. & GARENGEOT *Traité des Operations de Chirurgie* T. I. edit. 1744 p. 320. Secunda species herniæ completæ est, ubi testiculus cum iis, quæ herniam fecerant, uno in sacco hæ- sit inclusus, & qui GARENGEOTI scripta sedulo tunc temporis perqui- sit HEISTERUS de hac observatio- ne verba fecit pag. 773. not. *c*) T. II. P. II. Sect. V. cap. 119 ut hanc herniæ speciem ipsi in praxi occur- risse haud videatur.

e) Vid. POTTII *Treatise on ru- ptures* Lond. 1763. ed. 1744 Sect. X. & *An account of particular kind*

of rupture, frequently attendant upon New-born Children &c. Lon- don 1765. Liti; quis inter Anglos fuerit primus, qui hanc herniæ spe- ciem cognitam habuerit, nosmet non immiscemus; si cuidam volu- pe est, evolvat hos dictos Auctores; adeat autem HUNTERI Tractatum allegatum in fine pag. 89.

f) II. cc. ad not. *e*.

g) *Verhandeling door de Hol- landsche Maatschapy der Wetens- schappen, 6te deels 1. stucce* p. 264. fig. 1. 2. 3. 4. & 7te deel 1. stucck.

h) *Dissert. de Continuationibus Membranarum* §. 66. Leidæ & in *Collect.* Cl. SANDIFORT T. II. pag. 302.



& hæc, quæ spectant singularem hujus herniæ speciem
suis in *Curribus Anatomicis* Cl. PRÆSES, hisque Chi-
rurgicis suas *Lectiones* exornat, qui, uti ex allegandis
Casibus elucet, in sectione herniæ scrotalis in juvene jam
prima sua ætate hernioso reperit testiculum nudum in
herniæ sacco. In cujus rei rationem quum in cadavere
fœtus aliquot dierum primum, dein & in aliis inquire-
re cœpisset, ea detexit, quæ postea sumus exhibituri.
Quum vero librum HUNTERI inspiciendi data fuit pote-
stas, lætus Observatis HUNTERI sua respondere vidit. Stat
igitur Seculi hujus inventum firmis suis columnis, de quo
& Anatome & Chirurgia jure sibi congratulari valebunt.

§. III.

Est hæc B. L. singularis & parum adhuc cognitæ
Chirurgis herniæ congenitæ, quæ & suo fatali curlu ad
adultos transire solet, speciei historia. Allegat modo
POTTIUS a), HUNTERUS b) & in Praxi Chirurgica & in
Cadaveribus obvios casus nonnullos; gratum tibi facere
sumus persuasi, id quoque postulat rei dignitas, si & eos
allegamus, qui hicce locorum fuerunt observati, ut res
magis magisque patescat in summum generis humani
emolumentum c). Primus casus sese obtulit in juvene
hernioso, in quo Cl. PRÆSES Operatorem felicissime
egit, quique hanc materiem tractandi occasionem præ-
buit. Duos insequentibus depromimus ex Cadaveribus
Valetudinarii Civium, quæ gratiosissime Theatro anatomo-

A 3

a) In *An account of particular kind of rupture* in fine III, casus allegat ex adultis.

b) L. c. ex fœtibus mortuis nonnullos & adultis,

c) Cette matière, assert Cl. ARNAUD, Vir in praxi herniarum Celeberr. demande encore des Observations Anatomiques sur différents cas, qui seroient fort utiles à la Pathologie de ces Maladies 1, c. p. 79.

mico fuerunt commissa, & ultimus in homine extitit, qui sibimet ipsi vitam ademerat, & inclyti Magistratus patrii cura sectioni fuerat traditus. Ut tractatio suis prodeat testimoniis maxime conspicua, simul brevi sermone trademus, quæ longo temporis tractu in foetibus fuerant observata, de situ testis, ejusque descensu in scrotum; his dein propositis facilis pandetur via, ut Casus nostros ad liquidum valeamus deducere; in fine addituri, quid de singulari hac herniæ specie tenendum, ut quavis data occasione rara a vulgaribus discernere queamus. Penes Te ergo L. B., qui Chirurgica amas, benignum esto de primitiis hisce iudicium.

OBSERVATIO PRIMA.

Juvenis XVI circiter annorum scrotali hernia laborabat symptomatibus stipata diris, quæ, irrita taxi, in Operatione sola indicabant spem salutis positam esse rerum chirurgicarum gnaris. Mobilis erat hernia in prima ætate ad hoc tempus usque, quo incarceration facta fuit; prolapsa quippe, a matre sollicita & ab juvene retropulsa facile. Nullo unquam tempore bracherio usus fuit puerulus, quo comprimendo annulum exitum intestinorum arceret. Firmato igitur ægri animo in tanta symptomatum ferocia, incisio juxta longitudinem tumoris herniosi instituta fuit, & separato celluloso textu prodiit herniæ faccus in conspectum, quique apertus in ima sui parte largam aquæ flavæ copiam emisit, ita ut morbus primo intuitu hydrocelen esse fuerit visus. Incisus autem faccus ad annulum usque intestinum in eo hæreere constrictum deprehendit Operator, quod & inciso annulo eductum inflammationis notas exhibuit, quas dissiparunt remedia ingesta extusque applicita, & naturalis viscerum abdominalium calor, in quorum consortium rursus tradita fuit annulo

intercepta portio. Ast hoc sane apparuit novum, contentam herniam fuisse in sacco, quo & testiculus deprehendebatur nudus, sive aquam fuisse contiguam elapsæ intestini portioni & albugineæ testis tunicæ. Visus fuit quoque vasorum spermaticorum tractus in posteriore facci herniosi facie, quæ sanguine repleta summe rubebant. Incisa fuerunt porro hinc inde facci herniosi latera crassa in suprema ejus parte ad testem usque. Tractatum vulnus fuit, uti ars præcipit. Super testem data fuerunt linamenta sicca, dein spiritu vini paululum ebria, ut ejus corpus defenderetur. Suppuratione finita plaga optime concrevit. Sex mensium spatio loro cinctum erat ejus corpus, quod pilam habuit. Consuetis suis laboribus nunc rursus incumbit, absque ullo incommodi vestigio.

OBSERVATIO SECUNDA.

In Valetudinario Civium, almo illo ægrotorum diversorio nutritus fuit homo, cui prægrandis hernia erat, quæ ab inguine sinistro veluti radice tenui orta in spatiosam expansam molem ad genua usque descendit. Huic inveterato malo, quod a tenera quippe ætate inceptit, & ad vitæ finem usque duravit XL circiter annos, necessitate ductus ipse paravit auxilium, quod molestum sane incessum tolerabiliorem redderet. Cingulum erat latum ex firmis linamentis compositum, cui assutum erat suspensorium excavatum, tumori hernioso accommodatum, cui prægrande illud scrotum commode fatis inhæsit. Sic sua firmatus miseria inter reliquos infortunatos Valetudinarii hospites, quibus omnis est medicina inanis, ultimum suum diem expectavit tranquille.

Spontanea corporis lassitudo, quæ illum male habuit juxta illud HIPPOCRATIS, hernioso nostro non morbum modo, sed mortem quoque prænunciat; altero quippe mane mortuum eum repperunt in lecto ejus vicini. Hu-

ius cadaveris sectionem in praesentia discipulorum instituit Cl. Professor. Monstruosus hic tumor tactu erat mollis, durus sane sua in radice, nec suas ex abdomine natales obscuras monstrabat. Facta igitur sectione in cutem macilentam, statim sacculus herniosus feriit oculos, qui tendineam quasi naturam habuit, ut sua in parte suprema lumen offerret rotundum arteriarum exemplo.

Mollis dum erat circa imam sui partem eum aquam continere credebatur; at & hic incisus cuncta intestina cum omenti portione continuit, recto & duodeno exceptis. Nigrae hinc inde erant intestinorum portiones, quae tetrum odorem spirarunt. Viscera haec cuncta foras producta fuerunt, ut aversa & facci herniosi facies conspicere posset, sic curioso spectaculo testis molis exiguae oculis sese obtulit nudus, nullis involucris obvolutus, praeterquam illo, quod propriam carnem condit, & in facci latere postico eminuit, cujus vasa externam facci faciem legebant tunicis suis amicta. Ventriculus aperto abdomine sua e sede naturali dimotus insolitae magnitudinis ea occupavit loca, seseque iis accommodavit, quae alias ventriculi sunt & intestinorum nunc prolapsorum, de quibus antea diximus. Hoc receptaculum insigne liquido erat fartum, ut bene potum pastumque primo intuitu videretur cadaver.

OBSERVATIO TERTIA.

Quum in eo essemus, ut mox prelo hanc Thesin committere vellemus, allatum fuit in Theatrum Anatomicum cadaver hernia extinctum. Operatio quidem in Valetudinario fuit instituta a dextrimo Chirurgo BOECLERO, sphacelata autem intestini aequae ac omenti pars haud exigua inevitabilem mortem reddiderant, de qua re Sectio Anatomica adstantes certiores reddidit. Et in hoc cadavere sacculus herniosus & intestini portionem & omenti

ti & testiculum nudumprehendit simul, ut exacte hæc herniæ species conspici posset.

OBSERVATIO QUARTA.

Cadaver hominis, qui sibimet ipsi laqueo vitam ademit, sectione legali prius instituta, anatomico cultro fuit subiectum. Prægrandis scroti tumor in cadavere conspiciendus, quid contineret intus, curiosorum incitavit animos. Duplicem intus hæere massam, linea quædam intermedia distinctionis, non ita tamen profunda haud leve præbuit indicium. Incisa cute & sacco nil nisi aquarum copia effluxit. Tam alte autem ascendit tumor, ut annulo abdominali esset proximus, qui conicam quasi figuram habuit; cujus apex anulum prædictum spectabat, basis autem in ima scroti parte insignis diametri. Vaginalis illa testis tunica erat cystis, quæ aquæ copiam continuit, quæ sursum ab aquarum mole fuit diducta ad locum usque prædictum. Spermaticus funis posterius incedebat, cujus vasa sanguine erant turgida. Testis erat flaccidus & mole perexiguus. Nullibi nec in albuginea testis, nec sacco, nec in aqua aderant alterationis indicia.

§. IV.

Testiculus in foetu delicato cum abdominis visceribus una in cavitate locatur, tunc demum sedem suam relinquit, cum foetus ad ultimum perfectionis gradum pervenisse videtur a). Fere enim omnes legitimo tempore

a) HUNTERUS descensum testis statuit l. c. p. 75. dum tempus appropinquat, quo foetus excluditur; idem & POTT *Treatise on ruptures upon new-born children* pag. 8. TREW testiculorum descensus in scrotum in singulis non uno eodemque fieri momento temporis exhibit, vid. de *Different. Fætu & Adulti* p. 112. CASSEBOHMUS in *Different. Fætu & Adulti* Hake 1750 "In foetu septem & plurimum mensium testiculi jam in scroto sunt, sæpe tamen unicus modo,

B

exclusi illum tenent in inguine, rarius in scroto *b*), ut quo tempore testis ex abdomine descendat, exacte definire nequeas. Contingit interdum in illis, per infortunium sexto septimoque mense enixis, ut testis suum in scroto locum occupet, quod autem vitiosæ partium laxitati, aut humoris aquosi copię tunc in cavo abdominis hærenti fuit adscriptum *c*). Inciso itaque abdomine foetus & reclinatis intestinis tenuibus, & sinistro in latere recto & colo, quo instituit sigmoideam curvaturam *d*), apparent testiculi membrana Peritonæi amicti, uti conspicis hepar illa obductum. Fronti ergo muscoli Ploas

altero adhuc latente in abdomine, & adhuc curiosum & descriptionem ulteriorem meretur, quomodo hoc fiat, quod testiculi, qui in abdomine formantur, versus quintum circiter mensem ex illo egrediantur & intrent in scrotum". "Descendent in scrotum tempore nondum fatis per experimenta definito, HALLER *Opusc. Patbol* l. c. p. 312. in *Elem. Physf.* L XXVII. Sect. I. §. 11. p. 413. "Rarissime foetus in lucem eduntur cum testiculis scroto inclusis".

b) Inter plures foetus perfectos, quos examinavimus, statim post partum paucos deprehendimus, quibus testes adhuc in abdomine erant; aut illi hærebant in scroto, aut in inguine infra annulum abdominis, quod frequentius fuit. HUNTERUS l. c. p. 80. septimo mense fere semper testis in abdomine est, nono mense in parte superiori scroti. Post partum aliquando fieri descensum TREW l. c. p. 113. HEUERMANN *Physiol.* T IV. p. 451. "quarto die post partum in

scrotum descendunt". Immaturum foetum scrotum vacuum habere affert ROEDERERUS pag. 100. n. 8. *Art. Obstetr.* LEVRETUS rem & in dubio relinquere videtur *Art des Accouch.* p. 247. *On sçait effectivement qu'il y a des enfans mâles qui viennent au monde sans avoir les testicules dans les bourses, & qu'ils n'y descendent en pareil cas qu'après un certain tems.*

c) Hæc observationes quatuor vicibus nobis obviam venerunt; putres erant jam in gremio matris. Abdomen aqua repletum erat. Meatus in scrotum ad testes ducentes maxime aperti. Canalis dein describendus & aquam habuit; quum scrotum fuit digitorum ope compressum, aqua effluxit in cavum abdominis per meatum patentem.

d) Longius apparet rectum in foetu quam in adulto. Imo curvatura sigmoidea coli & altior est annotante quoque HUNTERO l. c. p. 75. id quod præprimis arcus ossis pubis efficit nimis demissus, & cavitas pelvis exigua, quamobrem

testes insident e) peritonæo vestiti, quod vero posterius in teste spatium relinquit nudum, prædictum muscolum tangens, veluti hepar, quod etiam in parte suprema peritonæo orbatum est, quem locum cellulosa opplet. Hac in sede quum sedeant testes, quum peritonæum scite illos obvolvât, postremo loco excepto, plicas a peritonæo formatas observavimus, quarum altera a colo, quo sigmoideam curvaturam instituit, altera a principio cœci sineque ilei descendunt, & in externa latera corporum testicularum sese determinant, quæ uti nobis visum fuit, ligamentorum vices supplere valent, ut inde quasi testes sustineantur, ne nimium in latera vagari possint f). Similem & animadvertimus interne ex corporis testiculi latere natam, quæ retro vesicam ab uno pelvis latere vadit ad alterum, & testem alterius lateris ligat ad suum foedalem. Itaque eo magis sustinentur testes & servantur in loco erecto, uti eos contemplamur hærentes duas quasi inter vires, quæ illorum descensum dirigunt. Adeo has plicas natura ex instituto fecisse videtur, ut illas describere operæ pretium esse simus rati, a nemine quantum novimus, huc usque memoratas.

B 2

statim hæc viscera observantis oculos figunt. Id quod simul CAMPERUS allegat & inde frequentissimam congenitarum herniarum causam recte derivat. "In misdragten Van 5-6. maanden is het bekken en in eerstgeboorene naar evenredigheid zeer klein... en eenige maanden daar naa is de persing van het gedarmte geheel en al op de sningen om dat de blaas het bekken sluit en vult pag. 264.

e) Vid. HUNTER l. c. pag. 79. & WRISBERG l. c. p. 25. 26. 36. 51. ROEDERER Progr. p. XI. HAL-

LER Prog. de Herniis cong. n. 3. &c. Op. min. l. c.

f) Quum testes musculo Psoas insident ope Peritonæi in latera æquabiliter sese extendentis fixam sedem habent; hoc vero non impedit, dum testium corpora sint elata, quo minus & sinistrorsum & dextrorsum sese inclinari patiantur; inferior enim eorum locus semper manebit idem, dum nulla potentia agit deorsum, uti in ejus descensu apparet. Vid. & HUNTER l. c. & POTT l. c. p. 10.

§. V.

Testiculus in loco prædicto situm habet erectum *a)*, ita, ut crassum caput epididymidis sedeat affixum ejus fini supremo *b)*. Hic epididymis apparet major, si corpus testis respicias, quam solet esse in adulto, & laxior simul cohæret cum testis externo latere, ut cavitas cœca anterius conspiciunda testem inter & epididymiden longe sit amplior *c)*. Vas deferens ex ima epididymidis parte surgit, & circa imum testiculi finem serpendo sese vertit, ut internum latus testiculi legat. Hoc in loco firmiter cum imo testiculi sine cohæret, ut cum illo intime quasi concretum esse affirmes *d)*. Postquam ita serpendo eadem

a) Testiculum & dividimus in duo extrema, in latera & facies; alteram anteriorem, quæ convexa sese prodit nuda in cavo abdominis, alteram posteriorem, quæ musculum psoas tangit eique connectitur telæ cellulosæ ope. Hunc connexum HUNTERUS observavit, ratione commorationis foetus in utero varium: "when the foetus is very young, the adhesion of the testis and epididymis to the Psoas is very narrow; and then the testis is more loose, and more projecting: but as the foetus advances in months the adhesion of the testis to the psoas becomes broader and tighter." l. c. p. 76. TREWIUS & allegat testiculi situm in abdomine foetus. vid. l. c. p. 113. & fig. 72. Tab. V. qui autem cum iis, quæ vidit HUNTERUS quæque & nos tradidimus, parum conveniunt. lit. v. in allegata fig. videtur indicare nostram appendicem, quam autem non nosse videtur, dum eam

pro vaginali testis tunica vendidit, quæ tunica teste in abdomine condito nulla est.

b) Dividunt in caput, partem supremam, quæ convexam faciem habet, cum extremo testis accretam, & in corpus quod gracile est, & caudam productam in vas deferens degenerantem. vid. WINSLOW *Expos. Anatom.* T. 4. §. 488.

c) Expreslit hanc cœcam cavitatem Cl. NEUBAUER in Dissert. de *Tunicis vaginalibus* Giesæ A. 1767. defensa fig. I. lit. t, u, m, k, & fig. II. lit. p, q, r, s, t. De cavitate cœca in foetu majore quam in adulto consentientem habemus HUNTERUM l. c. pag. 77.

d) vid. & HUNTER l. c. p. 17. & Fig. I. Lit. S. nitide expreslit. Vas hoc deferens, si testis altum occupat adhuc locum, statim ex imo testis supra musculum psoas descendit ad suum locum. Quam autem annulo insidet, jam in latere interno testis ascendit; ita ut directio va-

in directione paululum ascenderit, supra muscolum Pfoas versus cavum pelvis sese inclinat, ut retro vesicam se condere & suum locum adire possit. Vascula arteriosa exigua, spermatica vocas, in vicinia testis ex cognitis locis surgentia ad testium organa tortuoso itinere incedunt, veluti parata, quo se elongare queant, dum testes in scrotum ducuntur. Intran vascula in testis corpus, quo hic musculo Pfoas insidet, & quo spatium illud est peritonæo privatum. Incedunt extra peritonæum in cellulosa tela, quam peritonæi vocant in externa illius facie conspicua. Idem valet de venis illis spermaticis, quarum utraque in progressu est arteriarum individua comes *e*). Vascula alia & nervos testem adeuntes sive & ejus externam tunicam lubentes omittimus. Eorum originem si spectes, ea est, qualem in adultis rimamur, quæque descripta extant ordine concinno *f*).

§. VI.

Ita apparet testis in abdomine conditus, quomodo autem ex cavitate illa exeat, res est admiratione digna, nec ita conceptu facilis. Ut ordine igitur procedamus & clara fiat descriptio, quantum permittunt vires, primum nonnulla adhuc sumus dicturi, quomodo testis sese nobis obtulit in abdominis cavo; dein quid in inguine fuit observatum; & quum jam descendit in scrotum; porro quam tentamina cum illo instituimus, qui in inguine

B 3

sis deferentis sit in ratione loci, quem testis habet in abdominis cavo. vid. & CAMPER. l. c. p. 262.

e) Hic nunc & apparet iusta GALENI descriptio, quam §. 1. n. (a) allegavimus; ibi optime distinguit illud vasorum involuorum a parte membranacea peritonæi, quæ no-

strum ductum efformat. Processum Peritonæi vocant fere a WINSLOWIO §. 30. pag. 500. omnes ad nostrum usque diem.

f) vid. *Elem. Maj. Phys.* HALLERI T. VII. Lib. XXVII. Sect. I. §. X. & c. p. 424. & HUNTER l. c. pag. 76. & 77.

hæsit; in scroto; rursusque per artem promotus in abdominis cavum, ut exacte vestigia naturæ agentis investigare valeamus. Scilicet cum foetus diversæ ætatis examinavimus, aut altiorem locum dicta in sede testem occupasse animadvertimus, aut magis demissum, imo testem eum ad terminum pervenisse vidimus, annulo abdominali proximum, ut quasi illi infederit. Laxabantur hoc modo ligamenta antea prædicta (§. IV.), nec illi scopo infervire videbantur, ut firmam stabilemque sedem testi præbere deberent. Quum simul in hisce subjectis aperuimus scrotum, incidimus forte in cellulosa sanguineis vasculis repletam a) a cellulosa scroti colore & robore suo distinctam, intime tamen ei accretam. Quum vero ejus cursum indagavimus per annulum abdominalem, illa meabat reliquosque musculos abdominis perforabat, & sub peritonæo incedebat, ut illi loco obviam veniret, quo testis nudus musculum psoas tangit, sic cellulosa illa partibus imis testis & epididymidis firmiter sese infigit b). Quodsi hanc cellulosa vossellula prehendemus & trahimus deorsum, testis ejus motum sequitur, & annulo fit propior; imo in annulum quasi protrahitur, quum ejus limitem occupaverit. Appendicem testis appellavimus tunc, quum HUNTERI librum nondum inspiciendi data fuit occasio, qui ligamenti testis sive Gubernaculi illi nomen imposuit c). Quum vero in inguinè

a) In septimestri foetu hæc sanguine turgida vidimus, quæ ab illis spermaticis vas venerunt, illamque irrigarunt.

b) vid. HUNTER l. c. & figuram l. lit T.

c) l. c. p. 78. HALLERUS *El. Maj. Phys.* l. c. 413. mucosa cellulositate clausum reperit annulum. CAMPERUS l. c. p. 262. appendicem nostram Cylindrum appellat.

ROEDERERUS in *Prog.* Colliculum cylindraceum appellat cellulosa mucosa repletum, quique tenerimum ductum deferentem comprehendit pag. XI. WRISBERGIUS eam indicare videtur l. c. p. 51. per lineam membranaceam albicantem, quæ amplior in vicinia testis & angustior in descensu evadit, & in parte tendinea muscutorum obliquorum disparuit, Flatum

reperiretur testis, demissa magis in scroto extitit appendix prædicta, eodem modo coloris ratione conspiciunda ac ante; at quum cavum abdominis inspeximus, & eum consideravimus locum, quem testis inibi occupare solet, fere eo in loco meatum deprehendimus ad testem ducentem, nunc in inguine locatum. Volfellula prehendimus testis corpus, eduximus illud in cavum abdominis, occupat nunc locum pristinum, disparuit meatus, & peritonæum apparuit rursus integrum, modo iis in sedibus, quibus conspiciebatur meatus, paululum relaxatum. Hoc modo sursum adductus testis, secum duxit appendicem, ut & pristinas vias relegeret. In scroto cum hæreret testis, appendicem in eum locum scroti occupare animadvertimus, quæque testis mollis pulvinaris instar infervire visa est d). Hic autem erat appendix depressa, quum prioribus in stadiis oblongam sive potius conicam figuram habuit, cujus basis testis, apex cellulosa scroti cohæsit. Meatum illum in canalem hiare sumus contemplati, in cujus parte ima testis erat, qui hamuli ope prehensus sursum fuit elevatus, visusque in meatu prædicto. Appendix versus abdominis cavum teste producto sese erigit, & pristinam figuram acquirit, soluto rursus hamulo cuncta redeunt in locum priorem e).

non admisit, sed stylum intrudere potuit Cl. Auctor.

d) Ligamentum ei manet annexum, HUNTER l. c. pag. 80 sed accurtatur & a teste comprimitur, vid. & ARNAUD l. c. p. 26. n. (a). Hic si bene rem vidimus in tanta ejus subtilitate, videtur ac si interna scroti cellulosa ex tota sua circumferentia in scroti fundo nostram appendicem erigat, quæ dein per annulum meat, ut testis & epididymidi sese insigat. Ita quum scrotum excrescit, quod in imma-

turo foetu inguini appressum & sese elongat, trahitur inde appendix, ut annulo & inguini fiat propior.

e) Eo in loco, quo testis sese adnectit, compactior ea substantia est appendicis, & apparet albicans, circa cujus partem anteriorem sese volvere initium vas deferentis visum fuit. At re penitius examinata, uti HUNTERUS voluit retro appendicem sese vas deferentis initium vertere vidimus p. 8. l. c. "It turns inwards from the lower end of the epidid-

S. VII.

Quomodo testis in scrotum descendat, & quænam in peritonæo contingat mutatio, recensere nunc proximum est. Igitur necesse est, ut indicemus causam, sine qua agente sua in fede testis maneret. Ponendam illam autumant nonnulli in diaphragmatis motu, quod cuncta viscera urget abdominis, quod ergo urgeret simul ante se testem, ut intraret abdominale ostium *a*). Rite autem omnibus perpensis vanam hanc descensus causam esse jubet testis sedes in scroto, diaphragmate nondum agente, quum foetus hæret in utero adhuc inclusus, integro cæterum & sano reliquorum viscerum habitu. Et nimium sane diaphragmatis motui, quem facile dicerent sapientem, Physiologi tribuere videntur, dum haud exacte in testis corpus diaphragma agere valet, ut eum in locum trudat, quem sibi natura pro teste ex instituto paravit. Alia igitur causa statuenda est in appendice forsân quærenda, ad quam & animum advertere videtur HUNTERUS, unde gubernaculi nomen ipsi imposuit. Musculosi quid

dymis, under the lower end of the testis, and behind the upper end of a ligament or Gubernaculum testis." Id quod non festione assequi facile poteris, sed quum vellellula elevas testem, simul & aliâ appendicem claræque luci proponis retro appendicem canalem vas deferentis sese vertere videbis. Et excavatam intus esse primo aspectu credidimus, sed quum tentamina fecimus & per transversum secimus applicuimusque tubum aërem non admisit.

a) Ex numero horum POTTIUM & esse deprehendimus, qui & in exclusione foetus, quum cunctæ

partes premuntur, descensus causam statuit l. c. pag. 12. vid. & QUELMALZ, qui per diaphragmatis motum, musculorum abdominalium, intestinorum peristalticum, tempore partum præcedente & motibus aliis post partum descensum facilitant. Et fere omnes, qui testis situm norunt in abdominis cavo, foetu in gremio matris hærente id statuerunt, vid. & HALLERI *Oper. III. p. 315.* LEVRETUM l. c. n. 1343. id eo magis credibile esset, quum hernias a nixu violento ortas omnes Chirurgorum libri præcipiunt.

in ejus compagem penetrare probari quidem haud valet *b*), interim aliud quid quam meram cellulofam adesse ex ejus colore rubro & ejus robustiore habitu valet deduci. Aut valere ne hæc sententia poterit; scrotum dum aut proprio pondere pendet deorsum, aut vi sua internatum redditur activius, trahere potest appendicem *c*), quippe illi accretam, ut superetur peritonæum, & deducatur testis in scrotum. Utut res sit, semper appendix est illud, quod primum sese movet, si testem consideras, quique movetur ab illa. His ita deductis pone vim trahentem in appendice testis, quid putas accidere? Testis, si non annulo abdominali imminet, trahitur tunc eum ad locum usque; ligamenta superius dicta elongantur & explanantur, quæ nec in hoc nec in alterum latus testem declinare sinunt: ducitur ergo accurate in abdominale ostium *d*). Est nunc in loco arctis tendineisque limitibus circumscripto, quem difficillime testis superare posset, ni via jam parata fuisset ab appendice antea prægressa, & agere continuat vis appendicis; ducitur ergo testis per ostium abdominale & ruit in inguen cursu præcipiti. Peritonæum autem circumcirca cum albuginea testis tunica arcte cohærens, illo loco excepto postremo, & antice cum parte suprema appendicis, dum testis trahitur deorsum, violentiam patitur, cedit, intrat simul in anulum, descendit in inguen, sic necesse est, ut fo-

b) HUNTERUS l. c. sibi persuadet ex animalium uti videtur examine anatomico deductus, quod cremasteris fibræ sese reflectant ex loco ortus, ut in compositionem appendicis intrent, pag. 78. Hæc sane ex homine probari non possunt, quippe præsentia cremasteris fugit omnino oculos.

c) vid. not. (*d*) §. præced.

d) Unum scilicet dictum fuit a colo, & alterum in dextro latere ab ileo descendere; hæc perpendiculararem situm habent; alterum horizontalem ab uno teste ad alterum retro vesicam. Nunc vis trahens ponitur in parte ima testis, cui nexa appendix est, dirigunt ita accurate testem inum in scrotum.

C

vea fiat intus in circumferentia annuli a peritonæo facta loco quo exiit testis. Hæc dein fovea temporis progressu ea in ratione fit profundior, in qua testis tendit deorsum. Fit igitur canalis teste in scrotum deducto ab elongato peritonæo factus, & descendente per inguen in scrotum usque, qui suum introitum habet in cavo abdominis, & in cuius canalis sine cœco testis hæret modo in cavo abdominis conspiciendus e), meatum ejus orificium vocant.

§. VIII.

Ex his, quæ fuerunt proposita, sequentia colligis; quod testis eum in scroto habere debeat situm, quem in cavo abdominis servat, quippe in eadem semper dirigitur linea ejus descensus. Colligis simul & illud, quod testis appendix teste in cavo abdominis partim in abdomine sit & partim in scroto, id sane permittit ejus longitudo. Nudam autem non conspicias in abdominis cavo; Incedit enim peritonæi portionem inter, quæ musculus Psoas obducit, & musculus a), de quo præcepimus supra. Flexuosa spermatica vasa nunc ex giris se diducunt & fere rectum habent progressum. Cellulosa in qua vasa feminalia involuta hærent, & ducitur de-

e) Quonam Mechanismo natura utatur in testicularum situ invertendo, ex aliis discere cupit TREWIUS l. c. p. 113. Nullam autem inversionem illius locum habere, patet ex dictis clare. CAMPERUS l. c. p. 262. ita quoque situm & descensum testis explicat, ut recipiatur a scroto: "Deeze Cylinder zakt lang zaamerhand uit, met den bal, door de ringen; en keert zig om, even als de vinger van een handschoen, wehle schielyk uitgetrokken wordt. Het buiten-

ste wordt derhalven het binnenste; en het bovenste het onderste, dat is de bal welke eerst boven was, legt nu onder in de omgekeerde Cylinder."

a) Intime hic peritonæum cum appendice cohæret. Idquod & efficit, ut dum testem in cavo scroti contemplaris, non inum facci fundum testis occupet. Aliquod enim semper interest spatium, ut ex interno facci pariete testem quasi excretum videas. In adulto hæc cuncta disparuerunt.

orsum, & canalem peritonæi sequitur, inde cum retroperitonæum vasa incesserunt, eundem & in canalis directione locum occupant *b*). Quodsi nunc stylum, aquam aëremque intrudis per meatum in cavo abdominis, scroto inciso cuncta in canali ex meatu surgente contemplari valebis.

§. IX.

In foetu, qui liberiori jam fruitur aura, meatus ille cum suo canali concrefcit ad eum terminum usque, ubi epididymis testis summitati infidet *a*). Reliqua autem

C 2

b) POTTIUS inde recte deducit tunicam vaginalem vasorum spermaticorum l. c. *On the ruptures* p. 8.

a) Animadversione dignum est, quod & ex nostris Observationibus hausimus, latere in sinistro prius illum meatum cum suo canali concrefcere, quam in latere dextro. Hoc & simul CAMPERUS allegat l. c. p. 250. ubi Catalogum foetuum recenset & inde hanc conclusionem deducit. Sic & his Observationibus respondent eæ, quas ROEDERERUS exhibuit ad Cl. GUND. Dissert. Obs. VI. p. XII. inter 13 foetus octies sinister, & quinque dexter tangebatur testis, ita ut & prius concrefcere deberet meatus in latere sinistro quam in dextro. Hi casus forte nos deducunt ad ea, quæ PURMANNUS *Chir. curios.* P. 2. cap. 12. pag. 374. & VERDIER *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. II. p. 40. stabiliverunt, quod herniæ in latere dextro frequentius occurrant, quam in latere sinistro. Non-

ne meatus, qui tardius concrefcit in latere dextro jam ad herniam disponit? Imo & addenda hæc observatio, quæ hac hyeme in Demonstratione publice visa fuit, ubi in foetu 21 dierum in latere sinistro concretus fuit meatus, in latere dextro adhuc apertus in inguen usque, dein ad testem usque canalis firmiter concretus, in canali autem adhuc aperto hæsit inclusum appendicis vermiformis extremum. Quo tempore autem meatus concrefcit per observationes institutas nec determinare audemus, nec & illud statucere conatus est HUNTERUS l. c. p. 82. POTTIUS l. c. p. 21. Concretum frequentius reperimus dum secuimus foetus statim post partum mortuos, ut exinde ad raritatem herniarum concludas, quæ longe frequentiores esse deberent in hisce subjectis. vid. eadem in ARNAUD *Memoires* p. 31. n. (a). *S'il en étoit autrement, il y auroit beaucoup plus d'enfans sujets aux hernies.*

pars canalis, quæ testem adhuc obducit, ab ejus tunica albuginea ab uno latere ad alterum manet libera, & modo accrescit utrinque in parte postica testis, idquod adhuc aliquando ad viridem usque senectutem perdurat *b*). Mira sane res est, concreverê talia, quæ antea erant separata; ast quum angustias illas rimamur, per quas testi transeundum est, anulum scilicet & inguina, & nil extat, quod concretionem vetat, sequitur id quoque communem naturæ ordinem *c*). Abdominales agentes musculos ut concretionis causam statuere quis possit, nisi hoc rursus refutaret id, quod & illi canales occurrunt concreti foetu in utero adhuc incluso. Interim quum semper actuositatem quandam ostendant muscoli, turgoreque vitali ebrii sint, illos tamen comprimere ut statuamus necesse est. Hoc præter alia docere potest, quod concretio canalis fuerit reperta in foetu nondum respirante sæpius a meatu per inguen usque; reliqua autem canalis portio adhuc aperta, quod status sæpissime docuit. Hanc canalis partem ad testem usque diu manere apertam frequentissime simul experti sumus in foetu non modo, sed & nonnunquam in adulto *d*). Imo & illud sæpe sæpius occurrit, quod CAMPERUS delineat, canalem scilicet in toto suo progressu non eundem diametrum habuisse fere ureteris exemplo, sed fuisse visum, ac si formaret ampullas, quod testis hospitio in suo descensu uno in lo-

b) Hac hyeme bis observatum fuit in senis cadavere, quo testis tunica vaginalis cum albuginea tunica plenarie erat concreta, de qua re jam & alia exempla nota sunt.

c) Quod tunica se invicem tangentes, absque medio vapore aliæque materie intercedente concrecant, pleura cum pulmonibus, peritonæum cum intestinis aliæque loca docent.

d) Idquod & hac hyeme rursus tunicarum vaginalium examen docuit. Incisa quippe tunica vaginali testis, statuque vi non insigni adacto, ductus de quo superius apparuit integer fere ad anulum usque; aliquando ad dimidiam usque altitudinem, ejusque figure ac diametri, ac is in foetu esse solent.

eo diuturniori quam in altero adscribendum esse censemus e). Efficit igitur hoc testis involucrem a peritonæo huc usque deductum, idquod appellant tunicam vaginallem testis propriam f), quæ hydroceles frequentissima sedes est g).

§. X.

Postquam ea tradidimus, quæ natura obtulit, de testis situ ejusque descensu ex cavitate abdominis, necesse nunc est ut dicamus, qua ratione singularis hæc herniæ species suam originem capiat, quod nos eo deducet, ut inde casus nostros illustrare queamus. Quodsi herniarum scrotalium nobis ortum sistimus, quæ a relaxatione peritonæi aliisque causis surgunt a), ut in inguine & scroto dein contingat tumor, conceptu sane facilis est in foetu delicato herniæ scrotalis origo; viam enim jam stratum esse in peritonæo, per anulum in scrotum usque ex dictis intelligitur, qua diaphragmatis & musculorum abdominalium nixu ruit per meatum illum intestini portio. Hæc autem vi cessante quasi e scroto aut inguine rursus sese erigit, seseque recondit in abdominis cavum. Nec ea in ætate tanta metuenda est incarcerationio, in delicata partium, quæ herniam amplectuntur, compage, quin & a matre sollicita facile condatur elapsum. Ast in hac rerum vicissitudine, quum nec meatus nec canalis in scroto concrefcit, & propriam sedem cum aliena sapissime

C 3

e) vid. CAMPERUS l. c. fig. 1. z. 3.
f) vid. Cl. PRÆSID. descriptionem, quæ extat in *Elem. Maj. Phys.* HALLERI T. VIII. pag. 208. in addendis; & Cl. NEUBAUERI Dissertat. de *Tunicis vaginalibus*. Giellæ 1769.

g) vid. POTT. *On the Hydrocele*, qui elegantem de hac Hydroceles specie figuram edidit. pag. 98.
a) vid. HEISTERI *Inst. Chirurg.* T. II. P. II. Sect. V. cap. 116. pag. 751. PLATNER *Inst. Chir.* §. 824. GARENGEOT *Tr. des Oper. de Chirurg.* T. I. p. 236. &c.



mutat intestini portio , amplius nimis evadit canalıs & fe-
re callosa ejus latera , ut omne evanescere videatur con-
cretionis medium. Hęc igitur accidunt in primo illo
vitę stadio , quęque nisi ars succurrit , qua compressio-
nis ope *b*) ex abdominis cavo ad testem illa porta clau-
ditur , simul adultum vexant , ut per vitam cum hernia
luctandum sit ipsi. Verum si accidit illud infortunium ,
quo intestini aut pars omenti elapsa nulla rursus arte re-
condi valet , rara tunc nostra hernię species in sectione
fese sistit Chirurgorum oculis. Corruit nunc illorum
sententia , quum clariores radii Anatomem illustrare cę-
perunt , qui de rupto peritonęo quid pronuciare au-
dent *c*) , & simul perpendant illi allegatam fœtus diffe-
rentiam , qui in herniosis testis tunicam vaginalem & her-

b) Accidit nonnunquam , ut , fa-
cta licet compressione super annu-
lum , hiatus relinquatur . nec con-
crescat reliqui canalıs portio ad tes-
tem ducens. Confirmat hęc LE-
DRANIUS exemplis haud ita vulga-
ribus : “ J’ai ouvert plusieurs enfans
morts de différentes maladies , qui
avoient eu des descentes en nour-
rice , & qui avoient été guéris
par le brayer. Je leur ai trouvé
à tous le sac herniaire , quoiqu’ils
fussent guéris depuis longtems :
J’ai trouvé dans tous , quel’entrée
du sac n’étoit que resserrée , &
qu’on pouvoit y passer un fillet
plus ou moins gros.” vid. *Observ.*
p. 16. &c. T. II Obs. 58.

c) de rupto peritonęo in hernia
plures Observations prostant , ut
illud ÆGINETA L. VII. Cap. 65.
docuit : “ Hernias aut per dilata-
tiones fieri , vel per rupturam. Si
sensim oriuntur , eas dilatatione ;
sed si subito , ex ruptura sæpe fieri”

contendit. Idem occurrit in FRAN-
CONE C. 17. p. 48. PAREO L. VII.
C. 14. in BARBETTI *Chirurg.* L.
VII. p. 26. A violentia autem ex-
terna trahere hęc PETITI casum ; ab
ictu in hernię sacco ruptum pe-
ritonęum GARENGEOT l. c. p. 330.
Obs. XVI. sic & SALZMANNI ab
equo calcitrante hernię tunica ru-
pta. vid. *Dissert. de Hernia Vesicæ.*
Imo vox *Rupture* in Anglicum ser-
monem uti in Germanum recepta ,
quasi fere semper Peritonęum in
hernia ruptum. vid. MONRO in
Medical Essays T. V. p. 1. *Observ.*
XXI. p. m. 222. Contra adsunt,
qui haud rumpi contendunt ; RUY-
SCHIUS *Adv. f.* Dec. II. § 9.
MAUCHARTUS de *Hernia incurva-
ta* Collect. HALLERI T. III. ju-
diciam suspendit. Sic & HILDA-
NUS in *Oper.* p. 809. *Epist. de Hernia
uter.* NUCCIUS in *Exper. chir-
urg.* Cap. de *Herniis & Aden-
graph.* p. 130. In his aliisque Ob-

niæ sacco ruptum esse affirmant *d*), qui illud explicant phænomenon, quo testi & protruso intestino aut omento eadem sedes est.

§. XI.

Itaque casus primus ille est, qui optime explicare videtur ea, quæ præcedens §us includit. Hernia erat, quod retulit mater ægroti, a prima ætate & ad eum terminum producta, quo sectionem sustinuit æger. Disparuit illa per totum hoc annorum spatium, rursusque rediit, si valentius vires diaphragmatis & musculorum abdominalium egerunt in ventris contenta. Elapsa fuit intestini portio, hæsit inclusa in annulo, ut hac tempestate medentis & ægroti tentamen repositionis eluderet. Omne instituit æger, a quo alias petiit sanitatis præsidium. Tunicæ intestinorum turgidæ & magis inflammatæ redite, & refluxui sanguinis ex herniæ sacco ob suum volumen impedimenta posuerunt, unde roris instar in sacco cavum exhalans liquidum collectum abiit in hydroceles speciem, quæ autem tumida, dura, ut haud exiguum intestini portionem protrusam & incarceratam fuerit mentita. Quod autem vera hernia fuerit tumor prælongus, id symptomata singultus, vomitus clare indigitarunt & alia, quæ sese in herniis incarceratis sistere solent. Saccus hic herniosus erat peritonæo firmior, quod cellulæ scroti sese illi applicuerint, & robustiora fuerint cellula

servationibus fortasse adsunt tales casus, qui de nostra hernia loquuntur. vid. & POTTII *Tract. on Ruptures upon New-born Children* pag. 2. & seqq.

d) Ita explicat casum priorem MERVUS I c. pag. 356. & 67. Ita & LEVINGSTON *Essays and Observ. Phys. and Litterar. Etim.* T. II. Art. 231. pag. 333. Casum

allegat, quo omentum testiculo accretum, & intestini paries interceptus fuit in annulo. Hæsit omentum in tunica vaginali testis, & ibi apparuit foramen, per quod forte Auctor intrasse supposuit. Ast & hic casus canali adhuc aperto, quum hernia orta fuit, adscribendus esse videtur.

vafa, a quibus largius nutrimentum haufit a). Per fup-
purationem igitur confumenda erant latera, ut valente
cicatrice locus ille firmari potuiffet.

§. XII.

Nec alia explicatione eget casus fecundus & tertius,
quem allegavimus a). Hernia & ille erat a prima ætate,
quæ tantum acquifivit robur & magnitudinem, ut in
monftrofum tumorem abierit. Certe fi interiorem abdo-
minis cavitatem rimamur, & viscera firmis fuis ligamen-
tis fufientata & inteflina præfertim tenuia æque ac craffa
in admirationem summam quilibet rapi potefl, adeo illa
fuiiffe relaxata, ut a fcroto fufcipi potuerint. Imo dum
vaforum ordinem atque progreflum determinatum ad fin-
gula inteflina perpendimus miraculo fane proximum efl,
quod ad eum ufque terminum homo ille vitam fuam pro-
trahere potuit. Quid! fi & ad eam attendis, quam ven-
triculus mutationem fubiit, dum vicinis fuis lateribus fe-
fe accommodavit expansione fua, nec functionis fuiiffe
paffum imminutionem, imo proceffiffe cuncta, ut natura
defiderat, longe fane quid fuperius agere intus, concludes
quam ut actionem ejus a preffione derivare conemur. Aff
omnis hic flatus dum diu fane duravit, ægrumque extor-
fit, non potuit non eum tandem in finem abire, quem
in inteflinorum convolutione animadvertimus. Scilicet
plenaria obfervata fuit Necroflis hinc inde in inteflinorum
tractu,

a) Quod herniæ faccus tractu
temporis evadat craffior jam & alio-
rum experientia comprobatum. vid.
GUNZ de Herniis p 51. LEDRAN
Traité des Opérations &c. p. 132.
ARNAUD *Memoires* paffim.

a) Noflræ quoque indolis her-
niam nobis recenfuit Cl. atque Dex-
terrimum nofler BUSCHIUS, cujus

Obfervationes jam fæpius amico-
rum fcripta ornarunt, fibi in Praxi
obviam veniffe. Scilicet inteflinum
cœcum cum fua appendice præ-
longa feciffe tumorem herniofum,
& accretum fuiiffe appendicis ex-
tremum cum tefticulo. Retulit &
ægrotum a prima ætate laboraffe
hernia.

tractu, quam ab imminuto sanguinis circulo a pondere viscerum orto, partim & a pressione eorum, quæ in sacco scrotali erant inclusa, partim & ab iis, quæ adhuc abdomen inclusit & impeditum fecit sanguinis ascensum. Prægressa fuit antequam lecto sese composuit tristis inflammationis comes, non extinguenda sitis, quæ ægrum intense vexavit. Non insecuta fuerunt illa symptomata, quæ alias necrosin aut inflammationem prægressam excipere solent, vomitus & singultus, idquod a vitæ viribus jam fractis derivare æquum est, sed forsân levibus lypothimiis correptus abiit ad plures. Cæterum herniæ faccus tantam acquisivit duritiem, ut & nonnullis in locis cartilagineam naturam fuerit nactus, quodque a pondere incumbente lateraque facci, qui omnis reactionis expertus fuit, distendente, derivare facile erit, quod & simul in aliis tumoribus cysticis præsertim quotidiana experientia offert.

S. XIII.

Junximus casibus & ultimum, qui autem cum reliquis non convenire videtur, quum ille faccus nulla abdominis contenta inclusit. Ille autem optime sistit faccum, qui aquam habuit in circumferentia testis non modo circumfusam, sed & altiora loca petentem, quod ultimum sane haud explanare valebis, nisi in auxilium trahas, quod de canali ex abdomine surgente & nonnunquam adhuc patulo in ætate adulta antea præcepimus. Hydrocele fuit morbus & ea species tunicæ testis vaginalis propriæ, qui ab impuro forsân morbo testiculum occupante natales traxit a), quod ex corporis notis, quas inguen stitit, haud vana suspicio est. Hic autem, quum perpetuo incretceret, aut aqua legit canalem tunc forsân adhuc

D

a) vid. ASTRUC de *Morbis Vener.* T. I. pag. 298.

apertum, aut eum dilatavit rursus, uti alia exempla fedulis incisoribus de concretis ductibus rursusque diductis memoria suggerit. Ascendit illa ad eam sedem usque, ubi strictura insignis furgit, anulum volutus, cui arcus tendinei musculosique imminet, firmissimæ concretionis causæ. Apparuit extus ultra tumoris medium separationis cujusdam nota, quæ eum in terminum incidit, quo tunica testis superius debuit esse concreta, & quo septum nonnulli posuerunt *b*).

§. XIV.

Nunc & ad ea, quæ raram hanc herniæ speciem a vulgari discernunt. Signum quidem manifestum adest, quod tamen parum exercitatis, qualis sit herniæ factus, enunciandi difficultatem parit. In ea enim herniæ specie, quæ ab elongato peritonæo originem trahit, digitorum ope accurate differentiam sentis, quum tumor ab annulo incipit & in ima sui parte in rotundum finem abit, sub quo testis hæret justa sua magnitudine præditus *a*). Hac sola separationis nota ab ea specie discrepat, de qua hucusque verba fecimus. Hoc primarium signum est, nec fallit. Si nunc quæris ex ægro, quo tempore hernia fuerit orta, saltem non a prima ætate ea fuisse vexatum, ejus responsio erit. Quum vero herniosus tumor ab annulo incipit, & sese extendit in imum scroti, simul sine rotundo definit, nec ullum testiculi vestigium inter explo-

b) vid. CHESELDEN *Anatomy of the human body* Ed. VI. L. IV. Cap. I. p. 260. WINSLOWIUS in *Expos. Anat.* T. IV. §. 515. MAUCHART l. c. p. 85.

a) Primam distinctionis notam nostræ speciei a vulgari optime & distinguunt figuræ, quas Auctores de herniis ediderant. Instar omni-

um esse potest illa, quam HEISTERUS *Instit. Chirurg.* Tom. II. P. II. Sect. V. Cap. 122. delineat ex PAFYNIUS T. XXV. fig. 4. Falem & exhibuit MAUCHARTUS in *Dissertatione edita de Hernia incarcerata Scroti* Tubingæ. vid. HEISTERI Tab. XXVI. fig. 3. vid. & VOGEL *Tractat. von den Brüchen*, pag. 184.

rantis digitos occurrit, jam ea herniæ species est, qua testis simul comprehenditur in herniæ sacco. Quodsi & in hoc rerum statu in herniæ ætatem perquiris, ejus erit indolis, qua in delicata ætate infantes solent corripì. Verum complicati quid adesse poterit, quod haud ita diu sumus augurati, nunc autem experientia penitus convicti *b*); hydrocele enim vaginalis tunicæ testis nonnquam scrotali herniæ conjuncta est, quæ unum quasi continuum refert cum herniæ sacco, ut nec tunc testiculum in imo tumoris sentire possis. Fatemur in hac rerum præsentia signum esse difficile, quod nostram speciem a complicato hoc morbo discernit. Lineam quandam intermediam distinctionis inter saccum herniosum & hydrocelem interesse sentimus digitorum ope, sed inde nondum concludere valemus, duos adesse morbos, quibus æger laborat, natura diversos; noster enim Casus ultimus pag. 9. qui hydrocele erat, & vaginalis tunicæ testis eandem separationis notam visui obtulit, interim una eademque cavitas erat, in qua aqua fuit contenta. Eo magis hæc

D 2

b) Hac hyeme illatum in Theatrum anatomicum fuit cadaver viri 80 annorum, qui duplici hernia scrotali laborabat, in quibus rarissima visui offerebantur, quod Cl. PRÆSES in præsentia discipulorum dissecut. Latere in dextro & sacco herniosus ad testem usque processit. In tunicam vaginalem communem penetravit ille; inde supra testem quasi fixa erat sacci sedes. Ast rari quid in suprema sacci facie sese obtulit, ibi incescit fasciculus spermaticus, qui infra sacci principium sese volvit, ex cavo abdominis & supra saccum ex annulo abdominis egressus sese vertit; quem incessum in fronte sacci in testem

usque continuavit. Eandem observationem & nobis retulit supra citatus Dn. BUSCH, qui ipsi in præxi obviam venit. Altero in latere duplex ille morbus erat, hernia scilicet scroti & hydrocele firmiter sibi invicem applicitus. Meavit quippe & herniæ saccus in communi vaginali tunica, ita ut sane in exteriori parte distinctionis linea esset notata, qua sacci finis hydrocele erat appressus. In cadavere, ubi cuncta flaccida, duplex hæc herniæ species distinguenda erat, non autem in vivis & in statu incarcerationis, ubi turgida cuncta & inflata sunt, ut morbus unicum tumorem referret.

confusionem quandam parere possunt, quum herniæ faccus in tunicam vaginalem communem protrusus fuit, & eo usque progressus, quo involucrem illud commune testiculum tangit. Ex hoc labyrintho, quo & suæ Artis & Anatomes gnarus Chirurgus implicitus hæret, ut sese evolvat, non alia præsidia quærit, quam ex iis, quæ acciderant, antequam talis incarceration herniæ contigerit. Discernit tunc ex repositione herniæ in cavum abdominis, cujus naturæ fuerit primus ille morbus ab annulo incipiens & ad testem sese extendens. Discernit hydrocelem, dum tumor mansit in scroto, quique testem ambit, nec aquæ fluctuantes aliaque signa, quibus hydrocelem dignoscere solent Chirurgi, spuriam hanc herniæ speciem cognitu difficilem reddunt c).

§. XV.

Nostræ herniæ faccus, in quo intestini portio est, suis signis sese dignoscendum præbet, quid continet intus; sed contingit interdum, ut in talem faccum, qui nunc intestino vacuus est, quique vero mansit apertus subdole, progressu temporis sese immittat pars epiploï, & suum quasi ibi domicilium figat a). In prima

c) vid. PLATNER Diff. de Hydrocele in *Opusc. varii Argumenti* Dissert. X. 336. seqq. HEISTER *Chirurg. Inst.* T. II. P. II. Sect. V. Cap. 122. §. 2. pag. 794.

a) Huc pertinere videtur ea Observatio, quam haud ita pridem Cl. NEUBAUER, Anat. & Chirurg. Prof. apud Jenenses digniff. descripsit in *Progr. de Epiplo-Oschecele*, cujus receptaculum Peritonæi mentiebatur processum testem & epididymidem simul continentem; & ex nostro Theatro Anatomico monstrante Cl. PRÆSIDE accepisse

gratus agnoscit. Hanc & suis Fasciculis Observationum tunc associavit Cl. PRÆSES. Sine dubio & ille homo laboravit hernia in primo ætatis stadio, ut via quasi maneret parata ad recipiendum, quid protruderetur intus. Intravit omentum, quod ibi sedem fixit, crevit dein eo modo, uti videre contigit. Hæc tunc temporis explicatio dari non potuit, quum singularis hæc herniæ species nondum fuit cognita. Et explicat hunc casum Cl. NEUBAUER per suppurationem motam in herniæ sacco, intus

ætate talis epiploceles nullus locus est *b)*, quippe epiploon exiguum tantum est, nec eam longitudinem habet, ut a sacco recipi possit, nec est pinguedine turgidum, ut quasi per pondus eo descendat. Id dein contingere solet in ætate provecta, ut intestini locum occupet, atque cum sacci lateribus, imo & cum teste ipso diu ibidem contento concresecat. Quodsi tanta epiplo portio per aperturam transit, & sese firmiter lateribus applicuit, illam ita claudere solet, ut ingressuro intestino resistat. Ast si adest adhuc hiatus, adest etiam spatium, quo nixu violento intestinum erumpere possit; ita nascitur complicata hernia, in cujus sacco intestinum haud accretum, & firmiter tenet epiploon. Talis ille casus est, quem MERYUS *c)* allegat, qui tumoris gonorrhœici speciem præ se tulit, ex relatis autem ægri & symptomatibus herniosis herniam esse conclusum fuit. Ex cadavere vero & epiploi pars & intestini prolapsi gangræna affecti visa fuit, & firmiter epiploon testiculo adhæsit. Priorem igitur speciem distinguis epiplooo solo in sacco contento, dum ab annulo funem spermaticum prosequeris, illius tractum inæqualem paululumque resistentem lentis, qui autem varicosis vasis haud turget, unde & a varicocele facilis distinctio est. Extat autem alia herniæ spurix species, liparocelen vocant, quæ in tunica vaginali propria funiculi locum habet, aliquoties a nobis visa. In eo autem nostra species differentiam ponit, quod hæc per annulum abdominalem erumpat, quum illa circa medium

D 3

ut omentum cum teste concresecere potuerit, vid. pag. 15. seq. Huc & refer SAVIARDI Obs. 57. ubi & epiploon repertum fuit concretum cum teste

b) Et hujus sententiæ Cl. ARNAUD esse reperimus *Mem.* p. 52. not. (a). *Je suppose ici la hernie dans*

un âge avancé; car dans l'enfance peu éloignée de la naissance il n'y a point de hernie de l'épiploon, quoique Mr. POTT croye le contraire. Nec HALLERUS Omentum in hernia foetus vidit Opusc. patbol. 1. c. p. 314.

c) vid. supra §. II. not. d)

funiculi tractum modo ad testem usque observata fuit d). Quamvis igitur hæc omnia optime nostram herniam notent, haud negligendum esse censemus, ut semper in illud tempus inquiramus, quo in inguine tumor fuerit ortus, & plurimum lucis affundit in quibus versamur tenebris per omnem morbi decursum fida relatio, quid in illis locis senserit æger.

§. XVI.

His nunc propositis, quid Chirurgus in nostra herniæ specie observet, necesse est ut altius rimemur. Atque primo occurrit quid ratione taxeos tractandum. In delicata enim ætate, dum intestinum elapsum est, quodque scalpelli opem haud poscit, ut retulimus supra, recondit illud Chirurgus in abdominis cavum, addit nunc annulo robur, & impedit fatalem intestini prolapsum. Itaque cingulum ex linteaminibus factum, quod pilam habet, applicat, & pilæ ope obturat canalis ostium, con- crescit id temporis successu, & optime curatur æger a).

d) Talem epiplocelem per longum tempus absque ullo incommodo subsistere posse ad ultimum vitæ halitum ex cadaveribus novimus, simul & in vivis observatum. Concretum fuit repertum per totam suam longitudinem cum lateribus sacci. Imo fecit Cl. PRÆSES ante aliquot annos virum longo tempore epiplocele laborantem, cui nixu violento edito, & intestini portio sese affociavit. Hac dein in sacco herniæ recepta cuncta symptomata herniæ incarcerate ægrotum vexarunt. Sectione instituta & recondito intestino ea filere coeperunt; non morboso affectum fuit repertum epiploon, sed firmiter sacco concretum.

a) Ejus & esse sententiæ videtur LEVRETUS l.c. p. 248. quum applicandum suadet *des bandages mollets sous aciev*. Si quid vero accedit, quod illas fascias inutiles reddit, & a bracheriis auxilium petendum. Pilæ autem præfert linteamina gradatim apposita, ita tamen, ut maximum primum supra cutem applicetur. Cl. ARNAUD bracheria elatere prædita reliquis omnibus administrandis præfert, *Memoires* p. 72. Reliquas fascias cum pila & premere contendit spermatica vasa & testem. Quod si vero bene applicentur ejusmodi fasciæ, nec ita firmiter inhaerent, quomodo talia incommoda post se trahere queant, nondum allegarunt alii.

Ast quum crebrius intestina prolapsa, quum ergo diducta canalis descripti latera, licet annulum abdominis obturet pila, quum firmiter adhuc applicitum cingulum est, infra pilam tumorem interdum animadvertimus, qui herniæ quasi regeneratæ signum præbere valet *b*). Imo dum per tempus jam applicitum cingulum test, eoque nunc remoto annulum firmatum deprehendis, manet idem in scroto tumor. Scilicet tunc in reliquo infra pilam sacco sese colligit ros ille subtilis ex ostiis arteriolarum plorans in aquam & hydrocelem efficit. Hæc sane nunc & nova species erit hucusque incognita canalis peritonæi ad testem ducentis. Hæc in infantibus *c*) & adultioribus obviam venit, quam nullam per encheiresin amovere potuit Chirurgus, dum valens licet herniæ præsidium opposuit. Hæc dein peculiarem exoptat curationis methodum, ut & hoc debelletur malum *d*).

b) Hæc aliquoties CI. PRÆSIDI in Praxi obviam venerunt, ut denuo ad reductionem intestini admooveret manum, & præsertim in illis, quibus scrotum flaccidum est, viribusque enervatum; non ita in illis, quibus contractum scrotum viribusque præditum, uti recensere solet in Collegiis chirurgicis. Mansit dein tumor, quique examinatus hydrole erat, quæ concreto sacci ostio a compressione pilæ, dissipari non potuit. Exiguo temporis spatio dein per remedia roborantia & strigentia ab illo tumore liberabantur. CI. ARNAUD in *Memoires* p. 73. eandem speciem & se observasse recenset, & suadet, ut nutrices infanti situm horizontalem toto curationis tempore concilient.

c) Id & observatum fuit in illis infantibus, quibus primo tempore herniæ nulla cura habita fuit, &

nimis diducta quasi & callosa latera sunt. In hoc licet fuerint herniæ statu nonnunquam sese stringit collum sacci, sed succedit in ima ejus parte serum effusum hydrocelem efficiens. Tale & exemplum allegat DRANIUS *Obs.* p. 15. Vol. II. & DUVERNEYUS hanc hydrocelem sese perdere dicit facile, si modo dorso incumbit infans. vid. & ARNAUD *Memoires* p. 70. Hæc simul confirmat MONROUS in *Medical Essays of Edinb.* T. V. P. I. *Obs.* 21. p. 227. & SAVIARD *Observ.* XXII.

d) Punctio si instituitur tunc temporis, curatur æger. vid. ARNAUD *Memoires* p. 37. not. *b*). quæ in aliis hydroceles speciebus insufficiens curandi methodus est, ut aliquo tempore elapso denuo nova punctio institui debeat. De hac quidem nullum nobis in Praxi ex-

§. XVII.

Facilis licet contingat herniæ nostræ taxis a), attamen attendere debemus ad id, quum testiculus in herniæ sacco simul inclusus hæreat, & delicata adhuc testiculi appendix & interna cellulosa scroti, & ea quæ funem ambit pulpofa, ne in repositione herniæ & elevetur testis, & applicetur annuli abdominis ostio, & desuper pila, de qua ante, in tam exigua testiculi mole b). Fieret tunc molesta pressio, quæ convulsionibus diris occasionem præbe-

exemplum notum est, sed si jam diu durat & hæc hydroceles species, quam improprie congenitam vocant, callosaque reddita fuerunt latera, idem nobis videtur esse iudicium, ac de illa specie, quæ in vaginali testis tunica est, quippe hanc tunicam productionem canalıs esse peritonæi ex abdomine notum.

a) Tenuis est adhuc nostræ herniæ sacculus, & annulus abdominis haud ita resistens, ut nunc pressioe facta intestinum intret in cavum abdominis. Quum vero herniæ sacculus radios lucis transmittit & pellucet, inde nil nisi aërem inclusum esse ponunt mulierculæ, & herniam talem negligunt, id quod & CAMPERUM allegasse reperimus l. c. pag. 241. inde fit illud, ut nimium diducantur canalıs latera, quæ reunionem difficilem reddunt.

b) Controversia haud ita pridem agitata fuit, an reductio possibilis sit sacculi herniosi in cavum abdominis? Eam movit Cl. LOUIS *Mem. de l'Acad. Roy. de Chir. T.*

IV. p. 299. seqq. De nostra quidem herniæ specie nullum injicit sermone Cl. Auctor, & certi sumus LE DRANIUM & nostrum vidisse sacculum congenitæ herniæ & eum acquisitæ, uti ex ejus verbis manifeste apparet. Si Observationes hic locorum factas consulimus, illa sententiæ Cl. LOUIS favent egregie. Afferamus eas, quæ in recenti memoria sunt. Duo cadavera fœminina hac hyeme fuerunt in Theatro Anatomico dissecta, de quibus indicatum fuit in vivis herniis laborasse & eas fuisse curatas per reductionem. Saltem in iis reperti fuerunt sacculi in loco, quem herniæ cruales occupare solent. Meatus adhuc aperti reperiebantur sed exigui diametri. In una ex hisce fœminis sacculus & fere cartilagineam substantiam habuit, & intus fuit gelatinæ instar inspissatus liquor flavı coloris. Contra Cl. Auctorem infurrexit ARNAUD *Memoires T. II.* in fine, durissimis verbis, qui Observationibus plurimis reductionem sacculi herniosi factam esse contendit.

præbere valeret c). Hæc saltem evitat ille, qui canalem herniosum & testem ambire novit, nec eum condendum esse in cavum abdominis. Et illum tumorem nullam herniam esse prædicere valet, qui descensum testis & moram, quam in inguine agit nonnunquam, optime novit d); hoc quippe in casu descensum ejus faciliat potius e), quam ut testem recondere tentet. Resisteret enim naturæ agentis operi, quod hoc tunc in subjecto tarde nimis processit. Accidit & interdum, ut nullus testis observetur in scroto aut in uno alteroque inguine, quum jam per tempus liberiori aura fruitur infans; accidit tum, ut horrendis doloribus vexetur tenellus f), nec ullibi eorum causam detegis. Forte si annulum perquiris, in-
 tus adhuc tumor sese sistit Observantis digitis, qui arctis

c) Testis in inguine sedens pro tumore ad suppurationem promovendo tractatus fuit. vid. MARCHETTIS Obs. 58. in octimestri infante, aut in puero, uti PARÆUS excitat L. 7. cap. 76. Nullam pressionem ibidem habere locum refert HALLERUS *Opusc. Patbol.* l. c. p. 314. Imo si Chirurgus ad Operationem descendit, insolite fabricæ ignarus facillime in funestum errorem incidit

d) Testes diu manere conditos aut in abdomine aut in inguine, per plura exempla probatur. vid. qui hæc collegit SCHURIGIUS in *Spermatologia* Cap. IX. Quæst. IV. & DIEMERBROECKIUS in *Anat.* L. I. Cap. 22. fol. 121.

e) LEVRETUS suadet, si testis adhuc in annulo hæret, ut eum digitis arripiat Chirurgus & deorsum trahat l. c. pag. 247. Sect. III. & condat in cavum scroti. Huic encepheli addit adhuc hoc: "Il faut

pincer le nez de l'enfant pour l'exciter à crier, & lors de la contraction des muscles du bas ventre on presseroit en appuyant autour du testicule avec l'extrémité des doigts, mais sans serrer pour l'aider à franchir l'anneau; cette methode m'a toujours réussi. Præferremus huic methodo sane eam, quam TREVIUS proposuit l. c. pag. 112. fotus scilicet & emplastrum emolliens, quod magis rei ipsi, quam ex Anatome colligis, conveniens erit.

f) Prostat & Observatio in adulto in KERKRINGII *Spicileg. Anat.* Obs. 13. p. m. 35. qui 18 anno in febrem incidit acutissimam. Circa verenda intolerabilibus doloribus cruciabatur, tandem testiculi apparebant, cessavit febris. PARÆUS L. VII. Cap. XVI. TREVIUS l. c. pag. 112. accedere vidit integumentorum inflammationem, quæ insignes dolores procreare debuit.

E

terminis abdominis, per quos egrediendum illi est, hæret impactus. De his si fumus certi, promptum erit in partium relaxatione auxilium, ut testi aperiatur porta, quâ in suam sedem descendat. Adeo hisce in locis vexantur tenelli, quorum incommodis succurrimus, juxta illud CELSI, optime eum curaturum, quem prima causa mali non fallit.

§. XVIII.

Hæc in tenello, sed attentione maxime digna ea occurrunt, si hæc herniæ species tenet adultos. Et primo idem accidit hydroceles morbus, si ostium abdominis obturas pilæ ope, qui in infantibus solet accidere; idem & contingit in illis, in quibus herniæ scrotalis saccus lateribus scroti aut tunicæ vaginali communi accrevit. Ea autem est differentia de ultimo casu, ut infra tumorem aquosum hæreat separatim testis optimeque tangendus; inde prostant exempla curatæ hydroceles solius pressiois ope facci, in quo aqua effusa hærebat, quod & in hac & in priori specie contingere valet. Influit tum aqua per aperturam adhuc in abdominis cavum, sed momentaneam illam curationem esse perspicit ille, qui exacte perpendit, quæ hucusque retulimus a). Quodsi callosa nondum facci latera, & si sua adhuc virtute sese ciere valent, spes adhuc salutis superest, ut aquæ resorbeantur & inaniatur cavum. Ast nimium dilatata latera & quasi callosa reddita contractioni resistunt, etiãsi valida strigentia applices. Tunc sola salus in operatione posita & prudentis erit Chirurgi, species distinguere & unicuique sua dare b).

a) vid. not. (b) §. præced. quæ exempla & huc trahantur.

b) Quomodo optime hydrocele curanda tradidit HEISTERUS l. c. PLATNERUS l. c. DOUGLASSIUS *On the Hydrocele* London 1755. qui morbus incolis Insulæ Barbados fre-

quens, in qua Praxin chirurgicam exercuit. POTTIUS *On the Hydrocele* Lond. 1767. quod, si per puncturam, ut Cl. ARNAUD vult, non curetur hydrocele, & modo illa palliativa sit, uti in aliis esse solet, & inciso facci suadenda, &

§. XIX.

Taxin autem variam esse si ponis, & per Operationem condendam esse intestini portionem, attendas necesse est ad primam sectionem, quam cuti infligis. Unicum modo allegavimus sectionis exemplum, quæ in vivis instituta fuit, ut ex ea regulam statuere nimis audax conamen nobis esse videatur; ast prudentis Chirurgi erit, dum res in bivio constituta est, eam eligere viam, quæ secure calcanda est a). Et nonne ille casus, quem §. XIV. n. b) allegavimus, quemvis abstertere poterit, de sectione profunda nimis qua incedentia sub cute spermatica vasa discinduntur, & in anceps vitæ periculum conjicitur æger. Et hæret nullo non tempore intus intestinum in sacco expansum immediate lateribus sacci contiguum. Quid nunc? si incidis sacco ictu nimis præcipiti, irruit & scalpelli acies in intestini cavum. Non enim semper b) cellulosum textum in magna copia adest sub cute, nec saccus semper hæret involutus tunicæ vaginali communi c), ut sat spatii superfit, donec pervenias ad involucrem herniæ. Et te-

E 2

latera incidenda, & per suppurationem movenda, in qua methodo radicalis curatio & hujus morbi posita erit, uti ex nostro casu curationis herniæ illud colligi valet; in qua curandi methodo omnes conveniunt.

a) vid. & ARNAUD, qui hæc verba habet: *Ilz doivent apprendre à bien menager le premier coup de Bistouri, dont on ne peut trop recommander la précision dans les hernies, de quelque espèce qu'elles soient;* atque hoc exemplis pluribus annotatione maxime dignis probat pag. 53. *Memoires T. I. partim de sacco fatis denso, de sacco tenui, ut ictu scalpelli & fuerit apertus.*

b) Non semper tales casus sese offerunt Chirurgorum oculis in sectione herniæ, quas HAENIUS recenset in *Ratione Medendi T. II. Cap. IV.* ubi plures laminæ incidendæ, donec pervenerit Chirurgus ad saccum herniæ. Contra hanc frequentem laminarum sectionem insurgit Cl. LOUIS in *Mem. de l'Ac. Roy. de Chir. T. IV. p. 287* & sectione unica discindi suadet saccum herniosum, sectione cutis optime facta.

c) Nostra in specie herniæ, quum illa orta fuit, nondum ita formata tunica communis vaginalis est in tanta telæ cellulosæ raritate, quæ demum progressu temporis crassior robustiorque redditur. Hæc itaque

ne quandoque est elongatum peritonæum, & inter rariores casus sane & ruptum illud recenses, ut nisi animo tranquillo feces, illud accidat infortunium, de quo hucusque præcepimus. Quamvis, si infelix talis contingat prolapsi intestini sectio, non statim ægro perendum sit, attamen incommodi nonnunquam plena per reliquos vitæ dies, præsertim si incisio ingens & suppuratione facta haud exiguum laterum intestini portionem consumsit d).

§. XX.

Quam periculi plena prima illa sectio in cute sit, retulimus supra. Quodsi nunc Operator eam methodum firmi quid in sese habere sibi persuadet, qua separatio facci ejusque ligatura miram corroborandi anulum efficaciam præbere debet a), nostra in herniæ specie, si eam instituit, incius nobili particula truncabit ægrum. Incedit quippe in nostra hernia in facie posteriore facci funis spermaticus cum illo firmiter nexus, discindit sane funem totum, & Chirurgus conjiciet ægrum in idem vitæ discrimen, ac in §. præc. dictum fuit. Separatio illa licet ab homine dexterrimo instituatür, ita tamen fieri nequit, quin illud contingat quod retulimus. Hoc non ita per timefcendum erit in altera herniæ specie, sit etiam illa in vaginali tunica communi inclusa, quæ testem in elapsorum consortium non traxit b). Quare si ea operandi methodus arridet, qualis sit herniæ species, ut manu

tunica quum nondum ita formata, nec apparet tunc, quum saccus herniæ magnitudinem acquisivit, & inveteratus jam morbus est, inde statim sub cute occurrit, ut facillime lædatur saccus.

d) Id docent ea exempla, quæ de Intestinis in Herniæ Sacco apertis agunt, ubi non mors fuit subsecuta, sed pristinae sanitati rursus redditi ægroti. vide tales Casus col-

lectos a Cl. WEILERO in Diss. h. l. habita de *Hernia Gangrana correpta* a. 1768.

a) Quis fuerit methodi hujus Inventor, an SENFFIUS? vid hanc controversiam agitatam in GUNZIO L. de *Herniis*, p. 48. seq. & HEISTERI *Inst. Chir.* T. II. P. II. Sect. V. C. CXIX. p. 781. seq.

b) GUNZIUS hanc sententiam jam de separatione facci, quæ in tunica

prudenti inquirat Chirurgus prius necesse est, quam ut infelici ictu delicata parte priuet ægrum. Idem continget & tunc, si separatio in integrum haud facta, sed si trajecit acum sub herniæ sacco, quæ filum trahit, & nodo constringit omne in filo comprehensum, sic brevi tempore non sine summa admiratione testem perire videbit. Hoc tunc temporis præcipue evenire poterit Chirurgus, si herniæ nostræ sacco crassius nimis est, ut progressum vasorum in sacci tergo contemplandi omnis eripiatur occasio. Ab illo sane auxilium quærere valet, si sacculus tenuis, & vasa translucent, quippe ob obstructam anuli sedem vasa maxime redduntur conspicua, si & nostræ herniæ speciei plane ignarus est, & illam procedendi methodum instituire vult, in qua præconceptam nimis fiduciam ponit.

§. XXI.

Quum ita in operandi modo, si nostram speciem herniæ cum ordinaria comparas, tanti errores committi valeant, qui in ægri perniciem tendunt; necesse nunc est, ut peculiariora quædam nectamus adhuc, quæ omni attentione digna videntur. Et quidem sit nunc incisus herniæ sacco, quid molendum cum lateribus ejus, quid cum teste modo albuginea involuto? Quodsi enim hæc negligis, talia excipient locum, quæ denuo scalpelli operam exposcunt. Atque nostro in Casu hæc felici fine fuerunt coronata, quum latera sacci inciderentur, quippe crassa nimis, quam ordinarie aliis in herniis esse solent, ab an-

communi vaginali herniæ scrotalis hæret, agit l. c. pag. 51. Habeo observatione compertum, si hernia recens ac mobilis, difficillimum esse finem peritonæi, ita ad deligandum separare, ut vasa semen conscientia illæsa maneant. Ut vero, si immobilis hernia est, satis expedita curatio sit, crassities sacci efficit, quæ omnium antiquarum hernia-

rum immobiliumque communis est. Uti hæc separatio in aliis herniarum speciebus optime contingere valet, si sufficienti anatomica cognitione instructus Chirurgus opus aggreditur, nostra tamen in specie illud sine discissione fieri nequit, ut ex dictis facile patet; quæ species GUNZIO plane fuit incognita.

nulo ad testem usque. Hisce ita constitutis reliquum separationis commissum fuit naturæ operi; apparuit quippe altero deligationis die rubedo insignis, turgorque partium, quæ bonam & largam suppurationem promisit, ad quam promovendam naturæ agenti ars juncta fuit, ponendo super plagam ea quæ digerunt. Testis autem ab iis mansit immunis, & imposita fuerunt linamenta modo spiritu vini ebria. Sic brevi temporis spatio cuncta erant munda, latera ad se accesserunt, ut amico jungerentur connubio. Quodsi enim hæc non ita fuissent instituta, mansisset tunica herniæ; in amplexus arctos ruere haud ita potuissent sacci parietes, clausum fuisset vulnus scro-
 ti, & ita curata plaga post sese hydrocelen traxisset. Quum vero incisa fuissent latera sacci, quumque inflammatio aucta, quæ suppurationis materiem fuderat, omni liquido ibidem temporis successu commorandi defuit occasio. Et caute cum teste procedendum est in hisce rerum circumstantiis, ut ab aëris accessu arceatur, qui facile exsiccando ostiola corrumpit massam, inde linamentis operiendus, tali liquore fartis, quem res ipsa & ratio suadent. Hæc generaliora nobis curationis ratione venerunt in mentem, quum hanc methodum hernias curandi perpendimus, quam nobis exhibuit partim inspectio cada-
 verum, partim tractatio ægrotorum. Plura adhuc forsitan addenda momenta essent; quum autem recensere illa nondum casus sese fliterint, tacendum potius, ne talia proponere videamur, quæ modo ingenii fœtus. Ex hisce autem generalioribus dictis sufficienti cognitione instrui possunt ii, quibus singularis hæc herniæ species nondum cognita est, ut in sectione sint cauti, & ea attendant sedulo, quæ non otiosa natura perfecit, utque novos exinde fructus Ars chirurgica capiat. Eo sane nostri colliment conatus, quum nondum penitus diducta res esse videatur, ut si quid novi de iis nostris manibus offeratur, cum publico communicare simus parati. Accipe igitur B. L. ea, quæ ex ipsa Natura exscripsimus, hisque utere nobiscum, donec majora addat longior ævi diligentia.

TANTUM!

Strassburg, Med. Diss., 17. Nagel-
Mische

X 241 8713

W 17





Q. D. B. P.

DISSERTATIO ANATOMICO - CHIRURGICA
AGENS

DE

H E R N I A
C O N G E N I T A

IN QUA

INTESTINUM

IN CONTACTU TESTIS EST

QUAM

SUB PRÆSIDIO

DN. JOHANNIS FRIDERICI
LOBSTEIN

ANATOM. ET CHIRURG. PROF. P. O.

D. XX. APRILIS A. MDCCLXXI.

SOLENNITER DEFENDET

JOHANNES NONNENMANN

ARGENTINENSIS.

AA. LL. M.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

Ex Officina JOH. HENRICI HEITZII, Universitatis Typographi